



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Pvgnā Spiritvalis

Scupoli, Lorenzo

[S.l.], 1599

VD16 S 5184

Cap. XXX. Quo modo per S. Communionem huius Sacramenti, affectus
amori erga Deum in nobis excitari possit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49116](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49116)

expectes. Qui licet te confestim non iuuet; faciet tamen & tarditatem hanc suam affectum copiosè tibi cum necesse fuerit, refundet.



CAPVT XXX.

Quomodo per eiusdem S. Sacramenti Eucharistiae sumptionem, affectum amoris in nobis excitare possimus.

SI optas per sacram communionem in te excitare affectum amoris in Deum, qui suo feruore omnem voluntatem propriam in te absumat; prae-
die

die ad vesperam suscipias meditationem de immensa ac ineffabili dilectione Domini Dei tui erga miserum ac indignum te, opus manuum suarum. Nimirum quòd non contentus fuerit, te ad imaginem ac similitudinem ex nihilo condere: suumq; vnigenitum filium in miserabilem hunc mundum, (vt totos triginta tres annos, & quod excurrit; per labores, molestiasque multas, tandemque per ignominiosissimam passionem ac mortem, tibi in corruptione malitiaq; tua seruiret) cœlitus mittere; sed ultra hæc omnia idem ipse Dei
L fili-

*Medi-
tatio:
nes præ
diana.*

filius, suum verum, sacratissimumque corpus in sanctissimo hoc Sacramento; tibi in salutarem cibum, gratissimamque refocillationem perpetuo reliquerit.

Vt autem ex hoc peculiari S. Communionis dono, te in ardentem ignitumque amore commutare possis; sic ferè meditationem de eodem instrues. Principio considerabis quod ille sit, qui hoc pretiosum tibi donum benignè contulit. nimirum ipsemet Dominus Deus tuus, increata illa Sapientia, quæ finem nescit: cuius excelsa dignitas atque perfectio,
om-

oem humanæ mētis intelligē-
tiam longè, lateque superat.

Dein meditare de ipsomet
sacratissimo hoc dono, quòd
sit ipse verus ac vnigenitus Dei
filius, vni⁹ eius deniq; cū Deo
Patre & Spiritu sancto excelsi-
tatis, naturæ atque substantiæ.
Iam si munus exiguum, à ma-
nu Regis alicuius donatum,
nobis summopere gratum, ac-
ceptumque est, propter eum
qui donauit: quantò gratius
nobis esse debet illud incom-
parabile donum, quòd Deus
est, & ab ipsomet Deo, in o-
stensionem suæ immensæ er-
ga nos dilectionis donatū atq;
relictum? L 2 VI-

Ulterius mentem tuam ele-
ua ad meditationem æternita-
tis dilectionis huius, qua ipse
Deus ab æterno incensus, in
diuinissimo, secretissimo &
imperscrutabili suo consilio
decreuit, quòd seipsum tibi in
cibum dare vellet. Et hæc ita
meditās, protinus incipias hi-
lari mente, letissimoque iubi-
lo intra temetipsum cantare,
& dicere: O æterna Sapientia,
tu me miserum vermiculum,
ab omni æternitate tantopere
dilexisti, vt tu Domin⁹ ac De-
us meus, mei indigni memi-
neris, ardentissimoque amo-
re ac desiderio teipsum mihi
in

in cibum dare dignatus sis.

Tandem verte cogitatum tuum ad vnitatem dilectionis huius, quam erga te vilem tã potens ac magnificus Dominus declarauit atq; exhibuit. Quæ sanè tam immensa est, vt nulla dilectio terrena cum ipsa vnquam comparari possit. Eritque ea tibi etiam hoc charior, quòd eam tibi donauerit non ob aliquam vtilitatem suam, neq; ob merita vlla tua, sed ex sola misericordia ac bonitate sua.

Postquam ergo hæc in corde tuo diligenti studio, feruētique affectu ac zelo medita-

L 3 tus

tus es; poteris intra teipsum
in hæc verba tacitè erumpere:
O Domine Deus meus qui fit,
vt me vilissimam creaturam
tantopere diligas? O Rex glo-
riæ, cur me tibi sic copulas, qui
nihil aliud sum quàm abiectū
stercus, & inutilis cinis. O
Domine Deus meus, ex hoc
igneo, ardentique amore tuo
facile agnosco, te propter me
solum ista præstare. Indeque
etiam agnosco & experior pu-
ritatem dilectionis tuæ, quod
eam propterea erga me decla-
ras, vt & ego vicissim omnem
meum amorem tibi donem.
Itemque, te mihi teipsum do-
nasse

nasse totū, vt & ego meipsum
tibi offerrem totum. Et hoc
nō propterea quod tu mei in-
digeas, aut aliquam ex me vti-
litem expectes: sed ob solam
utilitatem meam. Videlicet vt
per hanc salutarem iucundis-
simamque vnionem, ego, vi-
litasque terreni cordis mei, te-
cum (O Deus meus) vnum cor
diuinum fieret.

Hæc omnia vbi seriò medi-
tatus fueris; Mox te humiliter
totoque mentis affectu ac de-
siderio offeras ac dedas volū-
tati beneplacitoque Omnipoten-
tis Dei: semperque in te re-
tineas feruens desiderium ip-
sius

sius diuinæ voluntati placendi. Et cum tale desiderium, amoremque in te excitaueris, accenderisque; etiam Dominum Deum tuum ad tantum tui amorem permouebis, ut & ipse desideraturus sit, quoru sequenti mane cor tuum ipsi aperias, ut ad te ingredi, tecum cœnare, omnesque delicias tecum habere possit. Declarabis autem tuum mutuum desiderium erga ipsum, hac ferè iaculatoria oratiuncula. O cœleste, diuinumque Manna, quando veniet illa optatissima hora, qua ego te iuxta beneplacitum voluntatis tuæ intra

tra me suscipiam? Quando per sinceram charitatem tibi veremur uniri? Quando propter te, o unica vita anime mee, omnem propriam voluntatem, omnemque imperfectionem meam derelinquam, & a me excludam?

His, aliisque similibus orationibus ac meditationibus poteris vespere & mane desiderium sumendi hoc sacratissimum in te excitare, fovere & augere, ut gratum Deo prestes obsequium, & cum ipso feliciter uniaris. Inter haec autem diligenter quoque curabis, ut omnes facultates, potentias, vires anime tuae, pu-

ras ac liberas serues ab omni curiositate rerum terrenarum omnibusque cogitationibus otiosis ac vanis, præterea & sensus tuos exteriores custodias, ne per eosdem cor tuum disturbetur: vnde omnem deuotionem tuam amittas.

*Medi-
tatio-
nes
post S.
cõmu-
nionis
sumpti-
onem.*

Sumpto autem hoc saluta-
ri Sacramento, confestim ac-
curato studio te ad intima cor-
dis tui recipias: ibique cum
Domino Deo tuo his, aut si-
milibus verbis amanter, reue-
renterque loquere. O Rex re-
gum Domine, quid est quod
tu iam ad me, qui nihil nisi mi-
sera, despicabilis, vilis, cæca
&

& nuda creatura sum, ingres-
sus es? Tunc respondebit ipse
tibi & dicet: Tu es columba
mea dilecta, amica mea, soror
mea, sponsa mea & dilecta
mea. Ad quæ & tu: O increa-
ta dilectio, ô dulcissima dile-
ctio, ô amicissima ac clemen-
tissima dilectio, quid postulas
à me? quid desideras? Nihil
aliud peto, dicet tibi, quàm
dilectionem: nullum alium
ignem in terra cordis tui arde-
re volo, quàm ignem amoris
mei, qui omnem alium amo-
rem in te absumat, tuamque
propriam voluntatem prorsus
exurat. Hunc, hunc desidero,
& quan-

252 CAP. XXX. Pugna

quãdoquidem aliud nil velim,
quã ut ego tuus sim, & tu vi-
cissim totus sis, permaneatque
meus. Sed hoc fieri non pote-
rit, donec iuxta beneplacitum
meum te mihi totum tradide-
ris. Nam absque eo semper
inhærebis amori ac benepla-
cito tuo proprio in omnibus
actionibus tuis, etiam mini-
mis. Desidero, dicet, odium
tui ipsius, ut meam tibi dilecti-
onem donare possim: deside-
ro cor tuum ut illud inhabitet,
meoque cordi copulem ac v-
niam: propterea namque cor
meum in ara Crucis meæ aper-
tum est. Volo, inquam dile-
ctis

etissima mea, ne quid aliud desideres, nihil mediteris, nihil intelligas, videas, sentias; nisi meipsum solum: vt & ego in te solus sim, tuque in me cōuertaris, & in me quidem tu habeas perfectam beatitudinem ego verò in te beneplacitum.

Tandem offeres cœlesti, Patri suum proprium filium, pro te, totoque mundo, & animabus fidelium defunctorum. Poteris quoque in eius memoriam, & simul cum oblatione, qua seipsum cruento modo cùm penderet in ligno S. Crucis obtulit, omnes sacras oblationes, quæ illo die

toto

*Oblationes
spirituales.*

254 CAP. XXXI. *Pugna*
toto per vniuersam Ecclesiam
Omnipotenti Deo offerun-
tur, pariter offerre.



CAPVT XXXI.

De Spirituali Communione.

Spirit.
comu-
nio po-
test ite
vari se
pius in
die.

Dilecte fili, tametsi tibi p
diem semel duntaxat su-
mere liceat Dominum Deum
in Sacramento; tamen spiri-
tuali sumptione poteris eius
singulis horis atque momen-
tis particeps fieri. Ab hac
enim sumptione nulla te crea-
tura, præterquam tua ipsius
negligentia ac culpa, impedi-
re